

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 17: De laude superne felicitatis et premio eterno (2)

Augustinus:

Dedignetur ergo unusquisque vestrum ultra servire peccato,
quibus tanta beatitudo preparatur in celo.

Ibi uocabimus, uidebimus et amabimus,
quod erit in fine sine fine.

Ecce qualem beatitudinem perditurus erit qui modo se, dum licet,
emendare noluerit: idcirco nos, fratres, Domino auxiliante,
dedignemur ultra servire peccato,
quibus tanta beatitudo praeparatur in coelo.

Audoenus Rothomagensis, *Vita sancti Eligii*, 2.15 (PL 87,
col.545A).

Ibi uocabimus et uidebimus, uidebimus et amabimus,
amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 22.30 (CCSL 48,
B. Dombart ed., p.866, ll.145-147).